



Betzo, summa animi ui. Pannonæ, qui, e Tartessiacis regionibus proficiscetes, magnam Europæ partem occupauerant, syriam, Carinthiam, Bulgariam præcipue uastauerant, Asiaticamque et Basileam inuaserant debellauit sdem Carolum quoque, Galliarum Regem, Germaniâ amplissimis copijs aggredientem expulit fortissimiq. Cognomen est adeptus. Filios reliquit, R. apotonem, Rudolphu, & Vutengarium,

Gunthramus, omni prudentia genere præstans, nactus idoneu' tempus, cu' uarij tumultus inter Ludouici Regis filios, pro Regni Galliarum diuisione, orirentur, arma cepit. Et uno cu' Rudolpho consanguineo Burgundionu' Regnu' Habsburgensi nomini restituit Quo in negotio ita se temperatam, ita modestu' præbuit, ut Modestus ab omnibus appellari iure possit.